

κρίνεσθαι θανάτῳ, *Adjudicari morti, damnari ad mortem.* Vid. Matth. XX, 18. Conf. Mar. XIV, 64. Tales etiam dicuntur Ἀπολέσθαι, *Perdi.* Sicut è contrario, qui dimittuntur impune, Ἀπολύεσθαι, *Absolvi:* Matth. XXVII, 20. 21. & Σώζεσθαι, *Servari:* Jac. IV, 12.

S. 3. Hebræis nullum (quod quidem in Sacris legatur) Nomen est, quo exprimitur *Justificatio.* Loco ejus adhibetur Verbum פ'יָרָא *Justificavit, Justum pronunciavit, Absolvit.* Ita Syrus Interp., Nomen Δικαίωσις, Rom. I V, ult. per Verbum פ'יָרָא reddidit. Altero autem loco, Rom. V. 18. vertendo צָדִיקָה *Justitia, Innocentia, Puritas,* aberravit. Venit autem פ'יָרָא à radice פ'רָא *Justus fuit vel est: Justus habitus fuit vel habetur: Justum se asseruit: Justificatus fuit vel est.* Totidem literarum est פ'רָא *Justitia.* Horum germen פ'רָא *Justus.* A quo, per aphæresin initialis literæ, additaque terminatione græca, videtur Originem sumpsisse Δίκη, &c. Oppositum habet Verbum פ'שָׁא *Improbum fecit seu pronunciavit: Improbavit: Damnavit. 2. Improbè egit. 3. Inquietavit, Exagitavit.* Nempe: Qui improbè quid fecit, in judicium delatus, inquietatur, donec tandem damnetur. A rad. פ'שָׁא *Improbus fuit, improbè fecit.* Cui affine פ'שָׁא *Improbitas.* Vid. Deut. XXV, 1. & I. Reg. VIII, 32.

S. 4. Ex his patet: Latinis, Græcis & Hebræis pariter, *Justificationem* denotare Rem sive Actionem Juris ac Justitiæ, quatenus in judicando vel judicio versatur.

#### I I.

Sicut autem Judicium, vel DEI [a] est, vel Hominis [b]:  
[a] 2. Chron. V I, 23. Jes. XLV, ultim. Rom. III, 26. & VIII, 33.  
[b] Job. XL, 3. Psal. LXXXII, 3. Utrumque, Rom. II, 1. 2. 3. &c.

Atque illud, tum *Universale:* Jes. XLV, 25. Matth. XII, 36. 37. Actor. XIII, 39. 2. Corinth. V, 10. tum *Particulare:* Jes. L, 8. I, Reg. VIII, 31. 32. Rom. I V, 2. 3. I, Cor. IV, 4.

Istud, vel *Publicum:* Deut. I, 16, 17. 2. Sam. XV, 4. Luc. XVI, v. 15. vel *Privatum.* Job. XXII, 3. & XXVII, 5. & XXXII, 2. Luc. X. 29.

Et horum utrumque, vel *Rectum & Verum:* Deut. XXV, 1. Conf. Johan. VII, 24. cum Deut. I, 16, 17. & I, Cor. IV, 4. cum Philip. III, 8: vel